



*In Herbarium*

à

**Domino Doctore THOMA PANCOVIO**, Serenissimi Electo-  
ris Brandenburgici Medico Aulico ac Practico apud Berlinates, editum.



U<sup>i</sup> suaves terræ fructus conquiris amœnæ  
Curandis morbis eximiasque dapes,  
Hunc magis in librum libeat secedere Lector  
Qui tibi picturis commoda multa feret.  
Dispercam si non mecum miraberis artem  
Conamen Clari percelebrisque Viri.

Quod concinnavit nuper medicaminis Augur,  
PANCOVIUS Medici pars speciosa chori.  
At labor haut facilis veluti, sic gloria sublit,  
Addere quæ stimulos ad meliora solet.

Martin-Friedrich Syndell / Consiliarius p. t.  
Brandenburgicus Marchiciq; Consistorii Assessor.

---

**PANCOVI** Turnheuserias tenebris

*Vindicas pro parte tua Camœnas:*

*Ferre que nondum valuerunt lucem,  
Luce coronas.*

*Tuque limato sua membra adaptas  
Corpori, Diva BOTANES Minerva,  
Hereat calci caput ut venustè*

*Ordine certo.*

*Suscipis scævâ bona opus: Minerva  
Hortum adaucturus variante florum  
Purpurâ, sætu arboreoq; pulchrè  
Condecoratum:*

*Exhibens encheridion LOBELI,  
Elaborati Carolique CLUSI;*

*Her-*

*Herbidum\* sternis grave navigata*

*Æquor amœnè.*

*Ductu acus arte hac celebris S E N E R T I*

*Nautica, Magnique Talasfarche:*

*Arte qui cursum regit uniuersa*

*Praxios unâ.*

*Hac viâ stratâ Genus omne Florum,*

*Arborum & Frugum penetrat iuuentus:*

*Cuncta terrarum simul & præaltis*

*Eruta fibris.*

*Lux novum En profert hodierna Germen!*

*Marchiam circumfluit æther almus;*

*Regis Sceptris decorata, ut ejus.*

*Vinea vernet.*

*Restat edendum Anatomes opusclum*

*Postbumum de Turre Domus politis*

*editum formis: pereat comesum*

*Ne malè blattis.*

*Cætera, quo nunc studio inchoasti,*

*Ad manus formæ tibi sunt futura.*

*PANGOV1, dignum facies quod ære,*

*Perge, perenni.*

*Otto Bötticher / D. Sereniff. Elect.*

*Brandenburgico à Conflüis Medicis.*

\*Allusio ad mare  
gramineum,  
detectum à Fia-  
sco Nonnio Fal-  
boa 1513.

**D**Octus & indoctus scribunt medicamina passim  
Gnarus & Ignarus, magnus Apollo cluit.  
Sunt qui contemnunt artem Methodumq; fecandi, &  
Scrutandi humano in corpore membra, vias.  
Ac queisdam Herbarum veluti res putida sordet  
Historia, & nullum pondus habere putant.  
Sed solos terræ succos, virosa metalla,  
Spirituum & fumos, ancipiti arte docent.

C

Immò

Immò sunt totam reprobant qui duriùs artem,  
Atque scholas temnunt, Pæoniosque modos.  
Seque vocant apices Artis sapienter Adeptos;  
Persuadere aliis idque subinde student.  
Esse DEI donum dicunt, Medicumque creati  
Numinis ignarâ non fieri Artis ope.  
Stulte quis hoc negat? at cur tu præcepta scholarum  
Conculcas, mediis utitur hisce DEUS.  
Sic nempè incautò dominatur Opinio mundo  
Et speciem veri subdolos error habet.  
Sed fama est præceps, sors lubrica, Opinio fallax;  
Quam dat Honos Artis, gloria sola manet.  
Hâc macte: hanc scriptis, P A N C O V I, perge mereri,  
Sic celebrabit opus, posthuma fama, tuum.

*Martinus VVeisus, D. Sereniss.*

*Elect. Brand. Consiliarius & Archiat.*

---

**U**T Cœlum *Stellas*, *Herbas ita habet quoque Tellus*  
*Astra Ego, Tu Flores excolis: inde labor!*  
*Hoc verum; ast nostrum est duos hic ferre labores,*  
*Ex Terrâ in Cœlum nos rapit usque DEUS.*

*Johannes Magirus, Doct.*

*Math. Prof. & Phys. Servestanus.*

---

**A**Teneris aliquo in studio consuescere multum est:  
Si modò prudenter discere id ansa datur.  
Ut taceam reliquas artes, Medica edocet aptè:  
Plantam & Ephebus nam noscere ritè valet,  
Ens non Ontologi est, capit id bona visio formæ:  
Tactus, odoratus, gustus idemque juvant.  
Non igitur benè differtur studium hocce Sacrato  
Arti Phœbeæ: tractet is id citius.  
Nam sibi gaudebit faustis progressibus olim,  
Si reliquo in cursu hoc senserit auxilium.  
Huic præstant grata iconibus pictis at & huc qui  
Teutonica in lingua id Teutonibus referant.

Lingua

Lingua etenim Patria longè feliciter illud  
Sic legitur, celeri menteque concipitur.  
Ergo P A N C O V I, id curans tu dignus in orbe  
Laudibus es, quas non auferat ulla dies,  
Te collaudabit Medicus cum Pharmacopola &  
Chirurgo: laudes debeo & ipse Tibi

*qui sic deproperabam Neo Ruppini tuum ut sum*

Albertus Bulichius, D.  
& Poliater ibidem.

---

**D**um Cognate tuum felix nunc edis amande  
HERBARIUM PORTATILE  
Gratular! inceptum cæptum DEUS ipse secundet,  
Et nomen omen proferat!  
Portet opes Medicas, & opem quoque portet Amicis,  
Domi, forisque commoda!

Sebastianus Rhewendus, Cam.  
Elect. Brandenb. Advocatus, & Reip.  
Colon. Syndicus.

---

**S**uavius haud quicquam variis florentibus herbis,  
hæ pascunt oculos, guttura, nasum, animum.  
Quanta fuit præsci sapientia simplicis ævi  
quæ herbarum fertur consensisse cibis!  
Nostra sed inferior seclis & viribus ætas  
in morbis demum quod parat herba, capit.  
Inde quod humanis inserviat usibus, æquè  
ac sensus recreet, PANCUVIUS reteggit.  
Florentes hyemes facit ac Musea coronat,  
hinc ingens Ipsicum prece habendus honor.

*M. Job. Heinzelman, Gymn. Berl. Rector.*

---

THOMAS PANCUVIUS, MEDICINÆ DOCTOR.

*ἀναρχημυαποδότης*

Maeste specioso horto: manu da incudi.

**C**ernere Thessalicis nota qui cupis amula Tempe,  
plurima ubi innumeris splendescit floribus Herba,  
Huc propera. Area lata patet. PANCUVIUS Auctor,  
commonstrat Clarium, Phæbo Duce, quem colit Hortum,

*Herba*

*Herba ubi odorifera, scitis quincuncibus aucta,  
Deliciae menti insignes quae gignere possint,  
edera & ambrosium succum & gratiam Panaceam.*

*Hem quantum valeas animo restaris abunde  
PANCOSI, Tibi quam facilis sit Phabus Apollo,  
exferis, o quanto solentur munere grates!  
Macte tuo specioso Horto, atque manu da incudis,  
daque recudi id opus; digne hoc celebraris, Amice.  
„Est etenim laudi, ingeniose multa locare  
„insimul, ut mirè totum sint sparsa per orbem.*

M. Christianus Rosa.

**W**ann Gott seyn Kräuterbuch das Feld mit Frost bedeckt/  
Und alles Laub und Gras mit seinem Tode schreckt/  
Macht Panckow Seines auff/ und heisse uns Kräuter suchen.  
Wo wil die Kunst hinaus? Wil sie den Himmel puchen/  
Und stürmen die Natur? Ach Nein! Es hat nicht Noth.  
Lebt doch die beste Kunst bisweilen ohne Brod.

Kan gleich der Mensch was Klug ist/ Hauffen-weise fassen/  
Muß Er doch dich/ Natur/ und Gott zum Meister lassen.

Du weisest uns gar recht bey Herbst und Winter-Zeit/  
Wann alles ligt verweltt/ verfloren/ und verschneyt/  
Der Kräuter Eigenschafft/ in einem kleinem Buche/  
Mein Panckow/ was ich sonst in grünen Feldern suche  
Gar englich/ daß find ich bey dir in einer Key.

Gott/ dessen Werk du treibst / der steht dir ferner bey/  
Der hält dein Kräuterbuch selbst unter seinem Schutze:  
Warumb? Es kömt und wird der gangen Welt zu Nutze!

Nikolaus Peuckler/

Käyserl. geschwornen Notarius und Gerichts-  
Actuarius zu Kölln an der Spree.



v. Fungi